



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. X. De Compilatione Gregoriana, & Bonifacii VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

CAP. X.
De Compilatione Gregoriana, &
Bonifacii VIII.

SUMMA RIA.

- | | |
|--|----------------------------------|
| 1. Gregorii IX. Compilatio. | 5. In Galliâ non receptæ. |
| 2. Raymundus de Pennâ fortis
ejus auctor. | 6. Prohibente Philippo Rege. |
| 3. Bonifacii VIII. Decretales. | 7. Clemens V. antecessoris rigo- |
| 4. Compilatores earum. | rem temperat. |

*Gregorii IX.
Compilatio.*

*Raymundus
de Pennâ
fortis ejus
auctor.*

*Bonifacii
VIII. Decre-
tates.*

*Compilato-
res earum.*

Ultima est Gregorii IX. qui, ceu Cujacius ait c. ult. de sent. & rejud. ut aliquid in eâ poneret de suo, ex jure Civili ul- tro, non aditus à Consultoribus ullis, pleraque sumisit & inseruit, quo sit, ut ejus constitutiones plerumque nemini inscribantur, ad quem dirigantur. Prodiit A. C. 1230. operâ Ray- mundi de Pennâ fortis Capellani & Pœnitentiarii Pontificis. Vide Proœm. Decret. Gregor. vers. ad communem. De Raymundo vi- de infra Eclogæ hujus c. 13. Qui postea à Clemente VIII. d. 29. April. anno 1601. sanctorum numero receptus & canonisatus est. Joh. Bapt. Vivianus ad proœm. decret. Greg. Ab hac compilatione Pontifices sequentes cessarunt aliquandiu novis constitutionibus edendis, donec sub annum Christi 1300. Bonifacius VIII. partim suas partim aliorum superiorum Pontificum, qui inter ipsum & Gregorium IX. intercesserant, nec non ipsius Gregorii novas con- stitutiones, ac præcipue duorum generalium conciliorum Lugdu- nensem, quorum alterum sub Innocentio IV. anno 1245. alterum sub Gregorio X. anno 1273. celebratum, decreta totidem libris, eodemque probris ordine, quot & quo ipse Gregorius usus fuit, adjecit. Multa, quæ ante in scholis & in judiciis ambigua de- clarasse dicitur Henrico Stereoni p. 403. tom. un. scriptorum Ger- man. à Frebero editorum, & Henrico à Rebdorf. p. 417. Hæc com- pilatio facta per Guilielmum Archiepiscopum Ebrouensem, & Berengarium, Episcopum Biterensem, ac Magistrum Richardum de.

de Senis, S. R. E. Vice-Cancellarium, quorum fit mentio in proœm. libri VI. Decretalium. Meminit & Richardi, tanquam Auctoris hujus compilationis Alber. de Rosat. l. ult. C. de Feria. Cui etiam Dynum superfluisse tradunt. Vide Carell. Cott. Memorab. Citatur à Baldo in tit. de pace constant. nomine Novellarum. Alb.

Gentil. d. c. i. pag. ii. Hæc compilatio in Galliâ non est recepta, In Galliâ quod quæ in ea extent constitutiones pleræque in odium & æmu- nō receptæ. lationem Philippi Francorum Regis editæ, & in Romanæ aulæ Prohibente quæstum excitatæ credantur. Duaren. præfat. lib. de Sac. Eccles. Philippo. min. Cujac. c. ad audientiam. 4. de Sponsal. & matrim. Cluten Syl- Rege.

log. rer. quot. th. 6. lit. b. Ferre enim Rex non poterat majestatem suam & regni à Pontifice imminui. Papa enim Regem anathemate non tantum percussit, sed subditum in rebus civilibus scripto denunciavit, anno ultimo Pontificatus. Cui successor Clemens V. derogavit. cap. meruit. de privil. in Clement. Vide Henri- antecessoris rigorem. cum Spondanum.

Clemens V.
Clement. Vide Henri-
rigorem.
temporat.

C A P. XI.

De Clementinis, Extravagantibus, &
libro Septimo.

S U M M A R I A.

- | | |
|---------------------------------|--------------------------------|
| 1. Clemens V. novam collectio- | 5. Extravagantes communes. |
| nem parturiens morte præ- | 6. Glossatores earum. |
| ventus. | |
| 2. Quæ à Job. XXII. prodiit. | 7. Petri Matthæi collectio. |
| 3. Job. Andrea in Glossas. | 8. Aliorum opera. |
| 4. Extravagantes Johannis XXII. | 9. Liber septimus Decretalium. |
- Earumq; Interpretæ.

MOrtu Bonifacio Clemens V. Gallus è Vasconiâ, diœ- Clemens V. cesis Burdigalensis eodem ordine servato constitutiones novam col- Concilii Viennensis anno 1311. celebrati, una cum cetero lectionem ris constitutionibus Decretalibusque edere animatus, parturiens sed morte præventus fuit. Itaque curante successore Johanne morie præ- XXII. anno 1320. prodierunt quæ Clementinarum appellatione ci- ventus.